

proditū inuenimus. Excitetur iam ex cētro F ipsi EG ad angulos rectos, quæ sit FL, & extēdatur in rectā lineam FLM, secabitq; bi fariā CE in L signo. Quoniā igitur ED recta linea part. 106751. & dimidia CB, hoc est LE, part. 9426. erit tota DFL 116177. quarū FG est 10000. quarum etiam DF est 116226. Trianguli ergo DFL, duo latera DF, & DL data sunt, datur q; DFL part. LXXXVIII. scrup. XXI. & reliquus FDL partis unius, scrup. XXXIX. & IEM circumferentia similiter partiū LXXXVIII. scrup. XXI. & MC dimidia ipsius EBC part. LXX. scrup. XXIX. erit tota IMC partiū CLVIII. scrup. L. & reliqua semicirculi GC partiū XXI. scrup. X. Et hæc erat distantia Lunæ ab apogæo epicycli, siue anomalie locus in tertia eclipsi, & GBC in secunda partiū LXXIII. scrup. XXVII. ac tota GBA in prima colligit partes CLXXXIII. scrup. LI. Rursus in tertia eclipsi IDB angulus, ut in centro partis unius, scrup. XXXIX. quæ prosthaphæresis est ablatiua, & totus IDB angulus in secunda eclipsi partiū IIII. scrup. XXXVIII. etiā ablatiua prosthaphæresis, ipsa enim ex GDC part. I. XXXIX. & ipsius CDB part. II. scrup. LIX. cōstituitur: & reliquus igitur angulus à toto ADB part. quinq; & est ADI, qui remanebit scrupulorū primorū XXII. quæ adijciuntur æqualitati in prima eclipsi. Qua propter locus æqualis Lunæ in prima eclipsi erat in XXII. part. III. scrup. Arietis: apparētiæ uero XXII. scrup. XXV. ac tot pres, q̄t Sol ex opposito Libræ cōtinebat. Ita quoq; in altera eclipsi medius Lunæ motus erat in partibus XXVI. L. Piscium. In tertia uero XIII. Piscium. Ac Lunaris medius motus per quē separāt ab annuo terræ in prima eclipsi part. CLXX. scrup. L. In secūda partes CLXXXII. scrup. LI. In tertia partes CLXXIX. scrup. LVIII.

Eorum quæ de æqualibus Lunæ motibus longitudinis anomalie exposita sunt comprobatio. Cap. VI.



LX his etiā quæ in lunaribus deliquijs exposita sunt, licebit experiri. An Lunæ motus æquales, q̄s iā exposuimus, recte se habeant. Ostensum est enim, q̄ in secunda primarū eclipsium, erat lunaris à Sole distantia part. CLXXXII. scrup. XLVII. Anomalie part. LXIII. E scrup.